locútus sum : * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo :* Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam : * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus :

O Dómine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Ant. Ole- um effú-sum nomen tu-um : íde- o ado-



lescéntulæ di- lexérunt te.

Capitulum, Hymnus et ℣. ut in j. Vesperis.

Ad Magnif. Ant. j. toni.



Voca-bis nomen ejus Jesum : ipse enim



salvum fáci-et pópu-lum su-um a peccá-tis e- órum.



Cant. Magní- ficat. e u ó u a e.